

XVI, 15. & vocabat Abraham nomen filii sui Ismael
 Exod. II. 22. Et vocabit nomen ejus Gersom.

10 & vocabit nomen ejus Moses

XVII, 15. & vocabit nomen ejus, Dominus elevatio mea.
 Jud. XV, 19. propterea vocatum est nomen ejus, fons vocantis.
 Es. VIII, 3. & vocavit nomen ejus festinando spolium &c.

Cum itaque optimi interpretes observassent, quod post phrasin שמר ויקרא semper ponatur nomen personæ appellatæ, ideo coacti sunt, etiam h. l. post eandem phrasin ponere nomina & Salvatoris titulos, quia nihil frequentius in scriptura, quam quod verba activa impersonaliter vertantur, uti infra videbimus. Et hoc sensu verba illa, & appellabitur nomen ejus omnino sunt formula procemialis, & sequentia sunt effatum, in quod maxima distinctio incidit. Hunc enim sensum linguæ idiotismus postulat, quem Fr. infringere debuisset, si quid solidi reponere voluisset, sed de hoc altum silentium. Tam evidens & notus est hic idiotismus, ut nec omnes Judæi, hæc tria nomina personæ appellatæ demant. Provocat quidem Frankius §. 26. p. 22. 23. ad Rabbinos, Abarbanelem, Radak. Raschium, Michlal Jophi etc. & ex iis probare vult, Judæos tantum ultimum titulum infanti huic relinquere. Sed ne quis existimet Frankium ex intemperanti Rabbiorum lectione delirare, certus enim sum, quod ne sex voces rite legere possit, uti infra videbimus. Abarbanel enim omnia hæc nomina de infante nato explicat, & Hiskie Judæorum more applicat. Hæc sunt ejus verba in comment. in h. l. fol. 23. 1. Etiam nomina, quibus ille infans vocatur, conveniunt cum operibus Hiskie. Mirabilis dicitur, propter miraculum & cladem Sanacharibi, quæ facta est in diebus ejus. Consiliarius dicitur, propter sapientiam suam, וְיָדָע dicitur, quia fuit judex Israelis: hoc enim sensu legitur ad וְיָדָע Deos venient res amborum. Fortis dicitur, quia fortis fuit in lege, & fecit voluntatem Patris sui in cælis. Pater dicitur, quia misertus est populi sui, uti Pater miseretur filiorum suorum. וְיָדָע præda additur, quia accepit prædam Sanacheribi, & exercitus ejus, & quia prædatus est Æthiopes & Ægyptios, uti dicitur: & comedet mane prædam Gen. XLIX, 29. Mihi vero videtur, quod pater prædæ apelletur in constructo &c.

Cur